Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

# Quaestiones argumenti obstetricii

https://hdl.handle.net/1874/313780

# QUAESTIONES
# ARGUMENTI OBSTETRICII.

# QUAESTIONES
# ARGUMENTI OBSTETRICII,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

HENRICI EGBERTI VINKE,

THEOL. DOCT. ET PROF. ORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS MEDICAE DECRETO

**Pro Gradu Doctoratus**

SUMMISQUE IN ARTE OBSTETRICIA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS

DEFENDET

**GERARDUS CORNELIUS PETRUS DE RUITER,**

Rheno-Trajectinus,

MEDICINAE DOCTOR.

A. D. XXI. M. DECEMBRIS A. MDCCCLIV, HORA VI.

Trajecti ad Rhenum,

APUD W. C. J. BOLLAAN.

MDCCCLIV.

# THESES.

I.

Tubarum Fallopii fimbriae non erectione quadam sed aucto turgore et inde secuta extensione aptae reddi videntur ad ovulum suscipiendum.

II.

Specillum uteri inservire quidem potest ad dignoscendam graviditatem, praestat vero ab eius usu abstineri.

III.

Praecipua inter pelvim rhachiticam atque eam, quae osteomalacia affecta est, differentia in telae osseae mutatione consistit.

IV.

„Auszuscheiden sind aus unsern Compendien alle vollständigen Querlagen, die es gar nicht gibt; demnächst auch die vollen Rücken-, die Brust-, die Bauch-, die Becken-, die Nacken-, die Halslagen, da dergleichen wohl in das Phantom hineingelegt werden können, in dem kreissenden Weibe aber und bei reifer Frucht nimmer vorkommen."

KILIAN.

V.

Pelvis inclinatio justo major noxiam in partum vim non habet, nisi simul pelvis angustia adsit.

VI.

Dolor, quem parturientes in fundo uteri non raro percipiunt, maximam partem peritonaei pressioni adscribendus.

VII.

Si dynamicam actionem excipias, forceps tantum trahendo, nequaquam vero comprimendo, atque igitur deminuendo capitis foetus dimensiones agit.

VIII.

Pelvis difformitas fere semper cum angustia juncta.

IX.

Remedia pharmaceutica ad partum praematurum provocandum magis nocent quam prosunt.

X.

Ubi vera uteri atonia adest secale cornutum forcipi longe praeferendum, ut scilicet praecaveatur haemorrhagia post partum.

XI.

Non audiendi sunt, qui in partu facie praevia, si pelvis justo angustior est, ante forcipis applicationem verticem praevium reddere suadeant.

XII.

In eclampsia parturientium partus si absolvi potest absolvatur.

XIII.

Recte Cl. STOLZ quatuor uteri spasmi species, in quinto scilicet partus stadio, admittit : 1. spasmum orificii uteri externi; 2. interni; 3. corporis uteri uno loco pluribusve; 4. totius uteri.

XIV.

Dilatatorii instrumenti usus ad dilatandum uteri ostium non commendandus.

XV.

Quo tardior abortus eo periculosior.

XVI.

In uteri retroversi repositione chloridi formyli usus venaesectioni praeferendus.

XVII.

Febris puerperalis potius morbus contagiosus quam miasmaticus habenda.

XVIII.

Pemphygus congenitus symptoma syphiliticum est.

906007